

VERA

DEPROPERATÆ A MORIS

O SCENÆ MA

CONTESTATIO

SEU

AFFECTVS:

PIETATE, AMORE,

CANDORE

REFERTI;



*Admodum Reverendo, Reli-*  
*gioso, ac Venerabili*  
**PATRI**  
**ANTONIO**  
**Ô NEILL**

Collegij ad S. AMBROSII Neo- Pragæ

**GUARDIANO**  
DIGNISSIMO

**I**N SANCTI ANTONII A CONVENTU MILITIA

**DI**E

*OBLATI*


*à*


**R**EVDIMENTS **C**ONSECRATO

*Clientum minimo*

**JOANNE ADALBERTO**  
**MARTINO PEITHER.**

Vetero-Pragæ in Aula Regia, apud Wolfgangum Wickhart, Archi-Episc: Typogr.





**N**labore rudiore Mi-  
nerva concinnato ad-  
sum Orator parvulus, filia-  
lis obsequij pensum delatu-  
rus. Rarescant proinde bo-  
die in auri pigmentum as-  
tra, in gemmeam diffluant  
sepiam maria, cristallinos  
flumina latices pennis instil-  
lent, quô dies ANTONIO  
dicata, vitæ natalibus fœde-  
rata, in temporum Codice,

aureo

aureo consignetur charakte-  
re. Scribite ocyūs in auro  
**Chronographi Syndici**, celate  
in cedro, in gemmarum fo-  
lijs bodiernam sculpite fe-  
stivitatem; quando & voce,  
& animo, & ore & corde,  
festivos dies recolit univer-  
sum. Quodq; debetur publi-  
cæ dierum amœnitati, quos,  
aut illustriùs ornavit gloriæ  
decus, aut sanctioribus sere-  
navit lux cœlestis syderibus,  
ut non duntaxat animis eo-

rum

*rum applaudamus festivita-  
ti, verum vocis, ac gratula-  
tionis studiō, conceptam pro-  
ponamus hilaritatem, pia-  
culum foret impedire. Illu-  
xit etenim bodierna die, au-  
spicatus DIVI ANTO-  
NII, virtutis, sanctitatis-  
que spirantis odorem, indè  
Liligeri Tutelaris tui dies  
Admod: Reverende, Re-  
ligiose, ac Venerabilis Pa-  
ter Antoni ô Neill Guar-  
diane dignissime, Pater  
*etiam**

etiam in paupertate ditissime ; testor tuam erga me  
undequaque immeritum benevolentiam Patronē singularissime. Illa videlicet il-  
luxit dies , quæ in tuæ felicitatis vergat incrementum,  
in subditorū emolumentum. Illuxit dies, non quo creatus,  
ut primum viveres , sed re-  
creatus , ut felicius viveres ,  
ergo dies recreationis est ; quæ  
eadem favente Cælo , Tibi  
nobisque felici temporum ro-

tâ recurrat in delicias; illu-  
xit dies, satius dixero: Tu  
ipse Admodum Reveren-  
de, Religiose, ac Venerabi-  
lis Pater Guardiane illu-  
minas diem. Quoniam quod  
soli proprium, hoc tuum est,  
Estò Pater existas Paupe-  
rum, dispersisti tamen ha-  
etenus, liberales manus tu-  
as cum sole; enim verò, quo-  
cung, serenissimus Planeta-  
rum Princeps, dexter Cæli  
oculus lucem dispensat, ean-

dem

dem & Tu, ardentissimæ  
nimirum charitatis tuæ  
flammam invexisti, non u-  
bique licet locorum, saltèm  
ubi fueras haec tenus, & e-  
tiamnum moraris. Quid  
ad hoc Hospites omni titulô  
Honorandissimi? ac præpri-  
mis Vos Patres affabilissimi  
unius Venerabilis Capitis  
membra religiosissima? an  
non dicetis? Præsidis sua-  
vissimi vestri, ingentibus be-  
neficijs, si non effectu, af-  
fectu

fectui certò non tam domos,  
quàm Urbes impleri? labo-  
rent jam, quid interest,  
laborent inquam ignis &  
aqua, innatâ, ad se invi-  
cem antipathia ita, ut ubi  
Peripateticorum, suffragiô  
reperitur unum, illico pel-  
latur alterum ex eodem sub-  
jecto, ego tamen Admo-  
dùm Reverende Religio-  
se, ac Venerabilis Pater  
Guardiane minimè aberra-  
bo, ubi, postquam Te soli,  
Bqui

qui totus igneus est, compara-  
vi, si Te etiā fontem, ac sca-  
turiginem perennem dixerim,  
unde innumera eximiæ san-  
titatis, continuò baurire li-  
ceat documenta. An non ad-  
buc dicetis? pietate suâ cu-  
tios trahere in admirationē?  
E nisi Admod: Reveren-  
de, Religiose, ac Venera-  
bilis Pater Guardiane pie-  
tatem hanc haberet, amore  
utique careres, nec amare-  
ris; alterum quippe ab alte-

ro adjuvari, est necesse. Sit  
etenim amortuus volucris a-  
la, suo gravatam corpore  
mentem, ad beatarum men-  
tium confinium attollens,  
sed nisi adjunxeris alteram  
pietatis pennam, nunquam  
evaset grandis magnarum  
alarum aquila, nunquam  
benignam attinget vitæ do-  
mum nunquam ad aureæ  
solis Justitiae radios evola-  
bit, sit amoris tui Genius,  
quasi formosus Cherub, sed

nisi

nisi conversâ facie respiciat  
diametralem venustæ pietati-  
s vultum, ejicitur ab Ora-  
culo, tanquam inutilis, tan-  
quam indignus, fulgentissi-  
mum Deitatis propitiatoriū  
conegere prohibetur. Quia  
verò Tu associatam amori  
tuo babes pietatem, evadis  
fortis ut Angelus, in cuius  
refulget dextera, atque irra-  
diat, ignea lex, id est: virtu-  
tum splendor quibus virtu-  
tibus dum Te circumdatū

con-

conspicio, ut veluti cum stel-  
lis, in perpetuas arsuris æ-  
ternitates, deinceps luceas,  
clientelari ex opto desideriô,  
donec serus ætate, meritis-  
que, ad natale solum, bea-  
tæ Natalis lucis transferâre.

Cæterum non ignoramus in-  
tegerrimam fidem tuam,  
virtutum, scientiæ, sapien-  
tiæque integritatem, nihil  
modicū credis, quod DEO  
TER OPTIMO MA-  
XIMO magnum appareat,

omnia

omnia arbitraris modica,  
quæ magnus non magnice-  
stimat. Verum frustra sunt  
omnia, quid bisce memet oc-  
cupo? quæ plenè consequi  
non valeo. Laudum Tua-  
rum nemo Iliadem in mice  
concluserit, nolo exinde stylò  
illiteratò modestiam lacesse-  
re pluribus. Vive solum,  
atque fruere illâ vitâ, cuius  
mensura sine termino, cuius  
ætas sit felix æternitas, vi-  
tâ, cuius scatebra puteus,

aqua-

*aquarum viventium est irre  
remissibiliter. Anteaquam  
tamen, dictiunculæ meæ  
(aut si mavis) depropera-  
tæ amoris scenæ, coronidem  
imponam, præviè pro bal-  
butiente lingua supplex il-  
lud paucissimis complectens  
plurima appono: Zoile no-  
lo mihi ponas &c. Fi-  
gurata est constructio, quæ  
plus significat, quam verbū  
ipsum per se declarat*

DIXI.

# CENSURA.

**C**enseo infrà scriptus, libellum isthunc, cui Titulus **Vera deproperatæ amoris Scenæ Contestatio**, posse typis mandari, si Magnifico Domino Rectori Universitatis Carolo-Ferdinandeæ Pragensi videbitur. Actum Pragæ 6. Junij 1707.

LAURENTIUS SCHOLZ, S.J.  
Philosophiæ p. t. Decanus.

*Imprimatur.*

**JOANNES CASPARUS IGNATIUS VOIGT**, Philosophiæ & Medicinæ Doctor,  
institutionum Professor Reg: publ: ac ordinarius, Sac: Aul: Later: & palat: Apost:  
comes, Auratae militiae Eques, p. t.  
Universitatis Carolo-Ferd: Prag:  
RECTOR MAGNIFICUS.